

XIX

VIII. Fueros concedidos por el Rey Don Sancho de Navarra a los moradores de Zaridain, Muzquiz, Orindain y Artaza.

Estella, Junio, año de 1196.

(Arch. de Navarra.—Comptos. Cajón 1, n.º 66.—Cart. 1, fol. 258).

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Sancius per Dei gratiam Rex Nauarre, ffacio istam donationis cartam et conffirmationis ¹ | de foro quod dono ad illos de Çurindain, et ad illos de Muzzqui, et ad illos de Orindayn, et ad illos de Artacu. Notum sit ² | itaque omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod placuyt mihi et ydeo libenti animo et spontanea uoluntate, dono et concedo ³ | eis pro fforo quod pectent omnes in simul uno coque anno pro pecta c. c. l. solidos et pro mea cena l. solidos ad festum ⁴ | sancti Michelis. Statuo etiam et concedo illis, quod aliquis homo non habeat casero inter illos, set omnes comuniter pectent istos c c c ⁵ | solidos supradictos, et ad seniore, nec ad merinum, nec ad ullum alium hominem, non pectent ullam aliam pectam nisi homicidia, et alias ⁶ | colonias de quibus mando quod pectent eas similiter quando euerint. Mando preterea quod neque Richomo, neque prestamero, neque ⁷ | mulieres eorum, neque suos merinos non intrent in illas supradictas uillas, per prendere ibi aliquid per fforçam. Istud forum prescriptum dono ⁸ | et concedo ad illos de Çurindain, et ad illos de Muzzqui, et ad illos de Orindayn, et ad illos de Artacu, quod habeant illi et successores illorum, ⁹ | salua mea fidelitate et de omni mea posteritate per secula cuncta. Ad maiorem autem conffirmacionem huius facti, presentem cartam ¹⁰ | meo signo quod subsequitur, mea propria manu facto, corroboro et conffirmo. Siquis hoc meum factum uel forum jam dictum et datum, posteri ¹¹ | tatis meis disrumpere uoluerit, absorbeatut uinus ut Datan et Abiron ad terra (sic) et ab igne sulphureo inferni denastetur ut ¹² | Sodoma et Gomorra et participetur cum Juda prodictore . Signum Sancii Regis Nauarre laudantis et conffirmantis ¹³ | cartam istam. Facta carta in Stella, mense Junii, Era M. C. C. XXX. IIII. | Regnante me Sancio Rege in Nauarra et in Alau; Garcia existente episcopo in Pampilona; Ferrando Roderici tenente Stellam per manum meam; Almorauit, Ayuar; Semen de Ayuar, Burgum de Sangossa; Furtunio de Subiça, Sangossam ueterem; Martin de Subiça, Cassedam; Furtun de Baztan, Ergam; Petrus Martinez de Lehet, Taffallam; Martin de Rada, Caparroso; Gomiz Aganciello, Dicastellum; Martin Eneguiz, Guardiam; Petrus Arceiz de Agonçello, Portellam; Petrus Remira, Victoriã; Enequo Lopiz de Mendoça, Çaytegui; Garcia Baztan, Ayzlucea; Garcia de Oriz, Amayur; Fortone Cantore Tutellano, existente Cancellario; Guillelmus, hanc cartam scripsit.